

destruunt, magis obmittunt pro humana verecundia quam pro deo. De ipsa
 15 tamen parentum elemosyna tantum servicii secularis exigunt, ut nulla digna
 sit sollicitudo de illo servicio, quod deo debetur. Hoc quoque visum est non
 semel co[n]tigisse, quod, qui Christi videbatur antistes, per hanc solam oc-
 casionem, qua abbas benedicendus erat ab eo, congregationi fratrum abba-
 tis electionem ex toto praepereret nec alium ordinaret quam quem ipse preci-
 20 pue voluit voluntate fratrum omnino postposita. Ordinato autem de cetero
 et ipse imperavit quasi tributario suo et quasi ad hoc solum constituto, ut
 seculariter serviret.

Nam^c et illa pestis malignissima, scilicet heresis symoniaca^{1a}, cum aucto-
 re suo diabolo ita circuit terram et perambulat eam, ut nulla sit ecclesia, que
 25 secura esse queat de eius violencia et invasione. Propter que singula, cum
 dominica dispensacio de mediocritate nostra ita ordinaverit, ut servi servo-
 rum dei esse debeamus, non est dignum nos obmittere vel, si quid solacii
 et suffragii contra tot hostiles incursiones misericordia Christi dederit, ut
 eisdem dominis nostris conferre valeamus.

Est^d quoddam monasterium in pago Spirensi et in silva, que vocatur
 30 Nigra, ipsiusque monasterii vocabulum est in lingua Theutonica Hirßawe,
 quod cum devenisset *iure hereditario*² in potestatem et possessionem nobi-
 lissimi comitis Adelberti et coniugis eius Wiltrudis, non eis videbatur con-
 stare satis ad salutem animarum eorum, si ita in ipsorum manu retinerent,
 ut eis relictum erat a parentibus suis. Fuit ergo primitivus bone voluntatis
 35 eorum labor et fructus, quod pro canonicis prius ibidem degentibus intro-
 ducta est et ordinata vita^e monachorum. Quo premissa noluerunt quoque,
 ut de reliquo alius esset heres eiusdem monasterii quam beatus Petrus et ec-

c) *am Außenrand*: Notatur culpa malorum episcoporum. d) *am Außenrand*: Hirßaugiensis prima fundacio. e) *am Außenrand*: Canonici fuerunt Hirßaugie sub desolacione.

^{1a}) Die Verbindung von simonistischer Häresie und Pest begegnet gleichfalls in der von den „Consuetudines Fructuarienses“ vorgesehenen Wahlordnung. Die Neuwahl eines Abtes soll der freien Entscheidungsgewalt des Amtsvorgängers überlassen bleiben, damit *symoniaca haeresis, hec seiva pestis*, in das Kloster Fruttuaria nicht eindringe. Vgl. *Consuetudines Fructuarienses*, ed. Bruno Albers, in: *Consuetudines monasticae* 4 (1911) S. 126.

²) *Codex Hirsaugiensis*, hg. von Eugen Schneider, *Württembergische Geschichtsquellen* 1 (1887) fol. 2b: *Hec iniusta hereditas ... ad Adalbertum comitem seniore[m] quasi hereditario iure ipsius loci pervenit*. DH IV 280, S. 359: *Adalbertus ... predia, quae ... partim iam a posteris eorum invasa, partim et a se ipso quasi iure hereditario possessa sunt, reddidit*.